

Patre; quorsum nonnulli etiam allegant *Ps. CV, 8.* seqq. Adeoq; sicut proximè vers. 6. locutus est Jehova, ita nunc Messias ejus, (qui ad latus Jehovæ ponebatur vers. 2.) loqui pergit de hujus Jehovæ seu Patris sui decretò, secundum quod ipsi placuit, τὸν λόγον seu æternum Dei Filium, ex Davidis femine tanquam germen justum aliquando proditurum, aut incarnandum, fieri redemptorem humani generis &c. Nota denique, inter voces קָרָא & דָּבַר non esse regimen, (*statutum Domini,*) verum merka compos. interfecare easdem; (quòd) *Dominus dixit ad me.*

יְהוָה דִּיְחַוֵּינִי (*dixit ad me:*) melioris connexion gratia suppleri potest דָּבַר quod vel quia dixit &c. Sensus verò est; sicut Pater suam de constituto Sionis Rege jam declaravit mentem vers. 6. ita & ego Messias promulgabo pariter regni hujus fundamentum, nimirum, quia me Davidis filium, personaliter τὸν λόγον unitum, pro æterno suo agnoscit Filiò, ideoque gentes etiam dedit mihi hæreditatem &c. Adeoque non opus est, scrupulosè disquirere de dictationis hujus tempore & loco; cum ratione decreti ante omne tempus, & ratione executionis in tempore, ita dixerit, dicat, dicturusq; sit Pater Messia, hunc esse suum Filium unigenitum & proprium, sicut id auditum, tum in nativitate denunciatione per angelum, *Luc. I, 32.* tum in baptismo *Matth. III, 17.* tum in transformatione cap. XVII, 5. Adeoque Pater est, qui Filium commendat, Filius v. non habet opus laude propria, *Job. V, 23.* Confer *Psal. CX, 1. Dominus dixit Domino meo &c.*

בְּנִי מֵעַתָּה (*filii mei tu:*) scil. es. Non verò sermo hic est de filio adoptivò, vel de personâ specialiter Deo charâ, quales sunt angeli, *Job. I, 6.* vel magistratus *Psal. LXXXII, 6.* verum de Filio unigenito, *Job. I, 14. III, 16. 18.* de proprio, *Rom. VIII, 32.* de filio vero, *1. Job. V, 20.* & de dilecto, *Matth. III, 17. XVII, 5. 2. Petr. I, 17.* &c. qualis sanè, nisi per generationem æternam proprieque dictam, esse nequit: *Ebr. I, 5.* ubi eadem inter genitorem & genitum est natura eademq; essentia, æquè ut inter homines, Pater atque filius eadem gaudent naturâ humanâ, quæ numero solum differt in creatis, in creatore autem numero est unica. Hinc Filius hic dicitur esse *ὡς τὸν κόλπον τῆς πατρὸς*, *Job. I, 12.* imò esse apud Deum, & esse ipsum Deum vers. 1. 2. Maimonides ex textu hoc probat gradum Messia ad Creatorem propinquum; apud Pocok. *porta Mos. pag. 160.* quod tamen nondum sufficit, sicut lux N. T. abundè id ostendit. Exceptiones Kimchii ad nostram hanc doctrinam refutavit Hoornbec. *contra Judæos p. 361. seqq.* confer Helvic. *1. 4. disp. Giff. pag. 117.* Gerh. *1. 1. LL. p. 422.* Gatak. *cinnum t. 5. pag. 49. seq.* Mülleri *Judæis. pag. 551. seq. 560. 1181. 1227.* Grotium, in vocativo accipientem hoc pronomen, *ὦ fili.* latius refutat Dn. Calov. h. l.

אֲנִי *Ego:*) scil. Jehova Pater, cujus meminit etiam Agur *Prov. XXX, 4.*

הוֹדִיעַ (*hodie:*) h. e. in presentissimo unicoque æternitatis fluxu, ubi nihil præteritum, nihil futurum, vel ante jacta mundi fundamenta, *Job. XVII, 5. Prov. VIII, 21. 24. Mich. V, 2.* Apud Deum enim mille anni ut dies hesternus & vigilia nocturna, *Psal. XC, 4. 2. Pet. III, 8.* Hinc *Hodie* ad nullam temporis referri potest mensuram periodicam, quippe *egressiones Filii ante prin-*

cipium, ante dies seculi. Mich. V, 2. Matth. II, 5. 6. Plura de hoc *Hodie* fuggerent, qui Generationem Filii exposuerunt. Huc illud Scaligeri *de caus. L. L. cap. 113. præteritum jam non est, futurum autem nondum: unum præsens semper est: nam etsi abit tempus, tamen hoc, quod est, præsens est.* Sic itaque *Hodie* est, quod æternum est. Et ne generatio præsens putetur imperfecta, more nascentium: *genui.* Huc illud *Job. VIII, 58.* antequam Abraham esset, *ἐγὼ εἶμι.*

יְהוָה לִי גֵנְתִי (*genui te:*) participem scil. te faciendo propriae meæ essentia, modo prorsus infabibili, æquè ut in humanis aliàs pater participem facit filium naturæ suæ humanæ. Hinc Christus *Job. XIV, 10. Pater in me, & ego in Patre: ita Ebr. I, 3.* Filius appellatur ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως Θεοῦ, item *Col. I, 15. εἰκὼν τῆς Θεοῦ τῆς ἀόρατης, πρωτότοκος πάντων τῆς κτίσεως.* An verò cogitando genitus sit Dei Filius, latè tractavit Wigandus, apud Schlüsself. *1. 9. catal. her. p. 329.* Woltherus tropicè & modificatè dixit eundem genitum, castigatus ob id à B. Menzero; confer D. Danh. *hodom. Calv. p. 720.* An ex substantia Patris sit genitus, tractatum vid. à Dn. D. Calov. *1. 3. system. LL. pag. 626. 637. 673.* Plura de Generatione hæc verè proprieque dicta apud Brochm. *t. 1. LL. de Filio quæst. 9.* Danh. *Christof. pag. 16 seq.* Dorfsch. *disp. 2. pentad. Calov. Arm. n. pag. 110. seq.* Menz. *conversat Prut. cap. 5.* Pocok. *miscell. pag. 314.* (ubi octavo capite hanc Filiationem de Messia à veteribus Rabbinis acceptam probat ex R. Salom. &c.) Feurbor. *antiofter. d. 7. §. 1. seqq.* An de resurrectione hæc dicta sint, vidè Gerh. *part. 2. conf. cath. p. 239.* Calov. *theol. nat. & rev. pag. 1131. 1350. 1360. seqq.*

EXPLICATIO VERSUS VIII.

אֲנִי *postula à me:*) datur h. m. Messia licentia assequendi ea, quæ ad regni majestatem conducere possunt, aut necessario requirebantur. Dum verò postulat, majorem omnino se homine profitetur h. m. Patrem, utpote cujus est, conferre Filio hominis potestatem faciendi judicium &c. *Job. V, 22. XIV, 28.* aliàs Messias, secundum Divinam naturam, seu prout est æterna Patris sapientia, non opus habet impetrare quicquam, cum jam omnia plenè in & cum Patre possideat. Conf. de hac postulacione *Job. XVII, 2. 5.* item similem ferè licentiam, simili phrasi concessam Salomoni à Deo, *1. Reg. III, 5.* אֲנִי *pete, quid tibi dare debeam:* quâ voce usus etiam Elias discessurus erga Elisam, *2. Reg. II, 9.* & Salomo erga matrem *1. Reg. II, 20.* propheta erga Achasum *Jesa. VII, 11.* אֲנִי *pete tibi signum.*

אֲנִי *dabo:*) non memet ipsum dominio evacuando, sed te ejusdem compotem simul reddendo, tanquam ad dextram meam evectum, *Psal. CX, 1.*

גֵּוִי (*gentes:*) quæ scil. à politiâ Israëlis vel monte Zion fuere hæctenus separata, nunc verò sublato murò intergerinò ad unum ovile erunt aggregandæ: *Job. X, 16. Ephes. II, 12. seqq.* de quâ gentium aggregatione prolixius *Rom. XI, 13. seqq.* Conferri autem commodè hic versus potest cum *vers. 1.* siquidem Gentes adeò tumultuantes tradita dicuntur Christo ad subjugationem, eamque vel in gratiâ per sceptrum

B

ver-